

Heinrich Rahn    Wilhelm Mellinger

## **Disputatio Iuridica De Iure Iurando**

Rostochi[i]: Richelius, 1657

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766621200>**

Druck    Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.  
Z 16.7

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

42.18



7  
DISPUTATIO JURIDICA,  
DE  
JURE JURANDO,

Quam

IN ILLUSTRIBALTHICA,  
FAVENTE SACROSANCTO NUMINE,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO & CONSULTISSIMO

DN. HENRICO RAHNEN,  
J. U. D.

PROFESSORE PUBLICO, NEC NON  
DUCALIS CONSISTORII ASSESSORE

GRAVISSIMO,

FAVORE AC PATRONE  
æternùm colendo,

*Publico Examine subijcio*

WILHELMUS MELLINGER,

CELLENSIS,

Aut. & Resp.


*Ad diem XIX. Decemb.*

*In Auditorio Majori.*



ROSTOCHI


Typis Johannis Richelii, Senatûs Typog.  
ANNO c1o 1oc LVII.



JURIS JURIS

LIBER I

Veneranda fili...  
conferens...  
opinanda...  
us excellentibus...  
inter vos...  
marum locum...  
hunc...  
radam...  
fidelitatem...



es. vos intercos...  
In congruentia...  
genis hominum...  
coactis...  
hic duplex...  
coactis...

Prus in Polonia...  
esse mihi...  
non tam...  
vobis...

Hec non...  
viam in...  
Omnes



# JESU JUVA!

## THESIS I.



Quoniam finis cujusq; reipubl. est conservatio, varia media ad illam obtinendam, usu exigente & humanis necessitatibus sunt excogitata, inter quæ non minimum, sed primum locum obtinet Jusjurandum, quod homines ad fidem servandam astringit. Nihil enim tam fidei humanæ congruum est, quam

ea, quæ inter eos placuerunt servare, l. 1. ff. pr. d. pact.

### II.

Isti congruentiæ autem sæpissimè obstant diversa ingenia hominum. Quidam enim spontè sua, quidam coactè ea, quæ honesta & virtuosa sunt apprehendunt. Hinc duplex remedium, ex altero cognitionem sine vi coactiva, ex altero eam cum vi coactiva habemus.

### III.

Prius in Politicis, posterius in legibus rectè positum esse mihi cum Philosophorum principe lib. 10. Ethic cap. 9. non tam persvadeo, quàm apertè statuo: ἐκούσθη ἀναγκαστικῶς ἔχει δὴ ἀμυν λόγῳ ὡς ἂν ἴτε πινθὸς φεσνύσας κῆνῶ.

### V.

Hæc oratio non tam in omnibus rerum publ. formis, quàm in quavis societate debitas suas agnoscit vires.

A 2

Omnes



## V.

Omnes enim societates quodammodo similes sunt civili, quia non ex dissentaneis, sed consentaneis firmissima amicitiae conglutinatio existit *Aristot. lib. 8. cap. 10. ad Nicom.*

## VI.

Ad quam stabiliendam plurimum facit Jurisjurandi praestatio. Haec pro veritate defendenda suscipitur, vel pro eadem extorquenda imponitur, ne quid inaequale, quod justitiam detrudat, exinde oriatur.

## VII.

Olim quidem per alios modos in veri inquisitionem veniebant, nimirum per aquam ferventem, ferrum candens, & similia; verum iis probationibus superstitiosis posthabitis, ad novissimum & extremum refugium, aliis probationibus deficientibus, descendamus. *Nov. 73. cap. 4. c. 2. X. d. prob.*

## VIII.

Neque moramur illorum sententias, qui ex *Matth. 5. v. 34. & seq.* conantur evincere, quod Christiano plane non liceat jurare.

## IX.

Modum ipsum S. Scriptura *Deut. 10. v. 20. Deut. 6. v. 13.* nobis suppeditavit, quem & Apostolos observasse, satis evidenter nos docet *Paulus ad Rom. 1. v. 9. ad Hebr. 6. v. 16. & seq.*

## X.

In hujus igitur naturam ac efficaciam paulò altius inquiramus, ne quid penitus hujus ignoretur. Id enim demum perfectum esse animadverto, quod ex omnibus suis partibus constat, quas paulò post ex divisione ad-

Sed

XI.

Sed antequam illam assumamus, Jurisjurandi Synonymon, sc. juramentum, quod vocabulum in ff præter legem 34. § 5. ff. d. Jurejur. & l. 25. d. probat. haud facile reperitur, considerandum venit.

XII.

Unde merito dubitare licet, an illud vocabulum prisco Jctorum seculo fuerit receptum, pro negativa ponimus calculum,

XIII.

Justiniani autem temporibus vocem hanc fuisse frequentatam, satis docemur ex l. 1. pr. l. 2. pr. §. 3. in fin. C. d. Jurejur. propter calumn. l. 4. §. 1. 2. 3. 5. C. d. recept. arbitr.

XIV.

Mirè variant undè dicatur. Quidam à juro. Panormitanus ad rubr. X. d. Jurejur. quasi juris adstringimentum vult dici. Beem. d. orig. Lat. Ling. in voce Juro, quasi Jovem oro. Sed conjecturis non adstipulamur, quia nihil obstat, cur à verbo juro h. e. jure ago non possit deduci.

XV.

Jusjurandum cum Covarr. definitur: Invocatio Dei in testimonium, vel, cum Baehov. ad Wesenbec; h. tit. n. 2. Enunciatio religiosa, sub obtestatione divini nominis aut numinis.

XVI.

German: ein Eyd oder Schwur. Quorum allusiones rem penitius insipienti non difficulter innotescunt.

XVII.

Prius ab *alpo* tollo, non incommodè dici puto, quod juramentum sit finis litium, majoremq; habeat auctoritatem, quam res judicata l. 2. ff. d. Jurejur.

A 3

Aut

Aut, si mavis, ex Germ. voce: Eid/ quasi Eius/ unitum  
cum eo, cum quo convenire & consentire se asserunt.

XIX.

Posterius ex vocula *schwur*: præstatio enim juramenti  
summi numinis testimonium implorando, non leve, sed  
gravissimum & sanctissimum quid importat.

XX.

Sententiam enim sanè horrendam sibi ipsis pronun-  
ciant, quod æternis cruciatibus se tradi velint, si quid fal-  
sif committant.

XXI.

Pro vario considerandi modo iurandum varias  
admittit divisiones, & quamvis per interpretes magis ob-  
scure, quam utiliter iuramentorum genera tractentur, ta-  
men à causa efficiente, rectissime in voluntarium, judi-  
ciale & necessarium distingui posse placebit.

XXII.

Voluntarium & iudiciale pactio contrahentium, hoc  
tamen in iudicio, illud extra iudicium constituit, necessa-  
rium verò iudicis officium nobile.

XXIII.

An arbiter autem compromissarius illud iuramen-  
tum necessarium deferre possit, non otiose quaeritur.  
Nos ex ratione l. 13. §. 2. ff. de recept. l. 19. §. 1. eod. haud abne-  
gandum putamus.

XXIV.

Necessarium pro diversa causæ præstatione triplex  
facio: in litem, (quod vel affectionis, vel veritatis) sup-  
pletorium & purgatorium.

XXV.

Aut enim res in litem deducta potest exhiberi, resti-  
tui

57  
rui, vel non; si prius & contumacia ac dolus adversarii id  
impedit, datur juramentum in litem affectionis l. 2. §. 1. ff.  
d. in litem Jur. qvo in infinitum rem æstimare indulgetur,  
l. 4. §. 2. eodem.

XXVI.  
Sin posterius, nec dolus intervenit, etiam si culpa rei  
extare desierit, vel deteriorata, datur juramentum in li-  
tem veritatis, qvo res secundum verum pretium æstima-  
tur l. 68. ff. d. R. V.

XXVII.  
Aut si res in litem deducta sit dubia, nec iudex ad  
pleniorem probationem alio modo potest venire, defer-  
tur, si modo semiplena probatio adfuerit, juramentum  
suppletorium, german: *Erfüllungs-Eyd* & sedem habet  
in l. 32 ff. b. 1.

XXVIII.  
Nec multis indiget, an auctori, an reo debeat deferri,  
respondemus ex argum. leg. 31. b. 1. Qvicunq; semiplenè  
probavit, illi est deferendum. Jam eadem facilitate pot-  
est reus suas exceptiones, qvàm actor suas assertions  
probare E. utriq;.

XXIX.  
Purgatorium juramentum deferatur reo, quando mi-  
nus qvàm semiplenè actor contra illum probavit, ut cum  
nec simpliciter iudex absolvere ob suspensiones, qvæ mi-  
nus qvàm semiplenè sunt probatæ, nec condemnare ob  
ulterioris probationis defectum possit.

XXX.  
Sin semiplenè, nec causæ graviores, suppletorium  
parti probanti imponitur, *Ummius Disp. 14. Th. 13. n. 74.*  
*Carpz. part. 1. c. 23. def. 3. n. 3.*

In

## XXXI.

In gravioribus iisq; arduis autem, non attentâ semi-plena probatione, purgatorium potius reo, quam supplementum actori deferendum nonnulli volunt, si non adsint indicia ad torturam sufficientia *Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 116. n. 61. Julius Clarus ibid. lib. 5. §. fin. qu. 63. n. 4. Heig. p. 1. qu. 40. n. 31. & 32.*

## XXXII.

Videtur ergo actor ab hoc juramento exemptus & rectè. Hic etenim, quatenus agit, excusatione & liberatione à suspicionibus non indiget, cum nihil dubii ipsi moveatur, quod remove debet.

## XXXIII.

Nec reo indistinctè hoc juramentum, actore petente, defertur; possunt enim adeo leves esse præsumptiones, quæ circumspectum iudicem nullo modo possunt ad hujus delationem commovere, sed reum tunc absolvit *l. 4. C. d. edendo.*

## XXXIV.

A materia circa quam, jusjurandi, in promissorium, confirmatorium, ac decisorium dividitur, quæ divisio factis sufficiens: est enim multorum inclusiva.

## XXXV.

Promissorium *J. Civ.* nullam producit obligationem *l. 95. §. 4. d. solut. junct. l. 5. C. d. II.* quia neque contractus neq; delictum aliudvè legitimè pactum, aut adjectum est.

## XXXVI.

De jure Naturali, Gentium & Canonico aliter obtinet *c. ex rescripto X. de Jurejur.* Quod enim juramentum sine dispendio salutis æternæ servari potest, est servandum, *c. quamvis, d. pact. in 6.*

Confir-

XXXVII.

Confirmatorium est, quod confirmat contractus actusq; J. Civili subsistentes, invalidos enim non potest corroborare. Sic non valet donatio 500. solidos excedens l. 34. C. de donat. ne quidem juramento accedente arg. l. 7. s. 16. ff. d. pact.

XXXIIX.

Litis decisorium est certa litis definitio quæ fit cum obtestatione divina Heb. c. 6. v. 16. l. 1 ff. h. t. ad l. 56 ff. de re jud.

XXXIX.

A forma ac fine ultimo nullas admittit juramentum divisiones: quia hæc duo omnibus speciebus sunt communia.

XL.

Non tamen inficior, quod in jure quoq; nostro vestigia appareant, ubi præter DEUM etiam per alios jurant, sic per salutem principis l. 41. C. de transact. per genium principis l. 23. s. 6. de Jurejur. in N. 8. append. per sanctam DEI genetricem.

XLI.

Sed hodie in nostris terris per summum illud Numen solum jurare receptum est.

XLII.

Accidentalis forma pro loci consuetudine vix eadem reperitur: quia in solennitatibus lege vel moribus introductis consistit. quod mares erectis duobus digitis primis, foeminae, apposita dextra ad sinistrum pectus, jurant.

XLIII.

Jam facile est discernere quid in veri juramenti nomen veniat; & sic promissiones Illustrium & Nobilium bey Fürstl. Gräfl. Adeltichen Ehren/ Treu und Glauben/ vera jura-

B

jura-

juramenta non sunt: deficit enim in his formale, quod est obtestatio divina.

XLIV.

Nec inde fiunt perjuri, quia illa non servant: nihilominus tamen juramentis æquivalentur quoad vim obligandi, *Gail. 2. Obs. 59. Besold. th. pr. v. Aid n. 28.*

XLV.

Non tamen omne jusjurandum habet vim obligandi, nec ex quovis oritur actio J. Civili, *Ddissent. Wesenb. n. 13. h. tit.*

XLVI.

Sed distinguentium sententia, quæ verissima, est servanda: ex voluntario enim datur actio personalis in factum, *§. II. J. de act. l. 8. C. de reb. cred.* Ex promissorio autem non item,

XLVII.

Nunc de perjurio, quod definiri potest, mendacium jurejurando dolose firmatum, quod, cum gravissimum crimen, omni jure punitur.

XLVIII.

Neque dissentientes *ex l. 2. C. de reb. cred.* possunt solvere nodum: ea enim restringenda venit ad juramentum calore iracundiæ præstitum, citra præjudicium tertii, vel cum *Wesenb. in hoc tit. n. 13.* quoad animam & conscientiam pejerantis.

XLIX.

Pœnas Jure Civili huic crimini constitutæ *in leg. ult. ff. felonatus l. 20. C. d. Episc. aud. N. 77. c. 1. §. 1.* depictas habemus.

Jure Canonico, vel est Ecclesiastica, vel Civilis; illa  
pœni-

57  
poenitentiae impositio e. *DEUS X. de poenit. & rem.* Hæc  
verò notatio infamiae, *C. si quis convictus caus. 22. qu. 5.*

LII.

Hodierno jure, si causam civilem, amputatio digito-  
rum; sin. criminalem spectet, poena est talionis, quasi  
effectus jam esset subsequutus, *Const. Cr. C. V. art. 107.*

LII.

Quoniam sanè maximum est pejerare, maxima con-  
sideratio cum consensu præcedat *Jurjurandum.*

LIII.

Cui autem nihil magis est contrarium quàm vis atq;  
metus, *leg. 116. d. R. J.* Hinc responsio ad id satis erit in  
promptu: an vi metuvè juramentum extortum, sit ser-  
vandum?

LIV.

Jure Civili per *Aurb. Sacramenta puberum. C. si adversus  
vendit:* rectè negamus, si autem servetur, modò jure non  
sit impossibile, haud est improbandum.

LV.

Jure autem impossibile nullo modo est servandum,  
ne culpam culpæ addamus, ita juramentum Davidis de  
occidendo Nabale quod non sit servatum probatur,  
*1. Sam. 25. v. 22. & 26.*

LVI.

Diximus hætenus de *Jurejurando* stabilimento illo ve-  
ritatis: sine quo, si fieri potest, Veritas produca:ur, do-  
cente & jubente *Matth. 5. v. 34. VERITATE ÆTER-*

*NA* cui gratias & Laus in æterna  
secula.

TANTUM.


B 2

COROL.



COROLLARIA.

- I. Inter iuramenta non datur distinctio.
- II. Papillus potest jurare etiamsi non potest contrahere, l. 26. ff. de Jurejur.
- III. Per falsum Numen firmiter juratur.
- IV. Non omnis falsa juratio est perjurium.



*Pereximio & prestantissimo.*

DN. WILHELMO MELLINGERO, Cellenst,  
LL. Studiosissimo, S. P. P.

**A**mplis limitibus Jurisprudencia gaudet,  
 Divino imperio proxima nempe ferè.  
 Poscitur hinc pietas dextra à Cultoribus ejus,  
 Quæ lato robur conferat omne bono.  
 Effluit inde regens bene Jurisdictio cuncta,  
 Atque adfert dulci flumine grande bonum.  
 Perluis hoc animum fluvio. Prudentia cœli  
 Mellingere, precor, mella tibi ista gerat.  
 Jurisjurandi de religione disertus,  
 Spem facis egregia juris in orbe facis.

*Ser.*

Job. Georg. Dorscheus, D.



Ad Dn. Respondentem.

**D**um Jusjurandum tractas tradisq; papyro.  
 MELLINGERE, eatis das bona mella Viris.  
 MELLINGERE, gerit quod Jus, mel lingere perge:  
 Jus geret, atq; feret mella subinde tibi.  
 Perge sacra Themidi porrò mel fundere; docte  
 MELLINGERE, dabit mel Tibi dulce Themis.

PRÆSES.

Juris-

Juris Jurandi felici indagine vires  
 Publicè in hoc ponis, dum nexus, docte, resolvis.  
 Sublevar hoc studium præclarum mentis acumen  
 Et labor assiduus, quo jura ex fontibus hauris.  
 Ergo tuo faveat Numen cœleste labori.  
 Et quò præcedit virtus, mox addat honores.

*Elorentissimo Dn. Respondenti,  
 auditori suo fidelis mo jure merito  
 scripsit*

**Heinrich Rudolf Redeker /**  
 D. & P.



**W**ol in dieser Welt beständig nichts zu finden/  
 Ob es gleich wie ein Rauch und Nebel mus verschwinden/  
 Was uns sonst köstlich scheint, ob gleich des Lebens Zeit:  
 In sich nichts fester hält als Unbeständigkeit:  
 So ist es edennoch ein herrliches Beginnen/  
 Wenn man bemühet ist durch Tugend zu gewinnen  
 Der Ewigkeiten Schloß/ wenn man der Sinnen Wisz  
 und Kräfte lenket hin bis an der Sternen Sitz.  
 Denn wie kan jemand doch was köstlicher erdenken/  
 Als seinen ganzen Sinn zum Tugend Wege lencken/  
 Nichts hilfft uns Erbfus Gold/ und dessen grosser Schatz/  
 Die Tugend sieget ob und hält allein den Platz.  
 Und warumb wolte man das Zeitlich? also lieben/  
 Das doch vergänglich ist? viel besser ist sich üben  
 In wahrer Tugend Zier/ und richten seinen Lauff  
 Durch diese Eitelkeit zur Sternenburg hinauff.  
 Ein Kunsterfahener Sinn kan freudig sich verschwoeren  
 Mit Jöbus/ und darff sich im wenigsten nicht lehren  
 An Romus blossen Reid/ weil Tugend ihn erffickt/  
 und jener der sie liebe/ wöted nitmahls unterdruckt.

D III

Ein

Ein ander liebe Silb/ und was die Welt mag hegen/  
Wer aber seinen Sinn also weiß anzulegen/  
Daß er darin allein nur suche seine Lust/  
Das ewig steht/ und ist dem Pöbel unbekust/  
Der schwinget sich durch Krafft der Tugend von dem Volcke/  
Das an der Erden klebt/ und ist mit dicker Wolcke/  
Der Eitelkeit umbschranckt/ er achret keiner List/  
Weil sein gewisser Grund auff Kunst gerichtet ist/  
Drumb wol Euch/ werther Freund/ Ihr Ruhm der Kastalinnen/  
Ihr Themis Eigenthum/ daß Ihr die freyen Sinnen/  
So ganz nicht irdisch seyd/ durch Tugend außweis hebet/  
und nicht/ wie viele thun/ bloß an der Erden klebet/  
Ihr habet von Jugend auff was hohes Euch erlohen/  
Bey Euch hat sich Verstand und Tugend selbst verschwoeren/  
Die Pallas ist Euch hold/ drumb weil die Tugend Lier/  
Bey Euch sich täglich mehret und heller sich her führet/  
Die teutsche Musen Schaar/ habe Ihr mit Fleiß geliebet/  
Und nur in solchem Thun Euch embsfältlich geübet/  
Wodurch man hohes Lob und Ruhm bey jederman/  
Auch die Unsterblichkeit mit Lust erlangen kan/  
Und dieses setzet Ihr auch auff Parnassus Zinnen/  
und bey der Musen Schaar/ die löbliche Beginnen/  
Besinget jederman/ da der gelahrten Welt/  
Die Eydes Pflicht mit Ruhm von Euch wird vorgefellt/  
Was tönst? Astra doch wol lieber selbst begehren/  
Als wenn man ist bemüht den Sinn dahin zu kehren/  
und forschet fleißig nach/ wie doch des Eyds Gebühr/  
Bey uns bestehet fest/ und blühet für und für/  
Ihr zehet wie über all nichts trüglicher zu finden/  
Darauff die Treue sich vermoge besser gründen/  
Als nur auff Eydes Pflicht/ es ist kein stärker Bund/  
Als dieser/ welcher hat des Eydes festen Grund/  
Wie daß die böse Welt sekunder so vermessen/  
Daß sie für nichtig hält des Eydes ganz vergessen/  
und giebet wenig acht was ihre Pflicht und Eyd/  
Indem sie klebet nur in blosser Eitelkeit.

1141

Nicht so! Ihr Musen: Ruhm! Ihr walt nicht müßig stehen!  
 Die himmlische Begier will immer höher gehen!  
 Es thut sich schon herfür die Tugend und Verstand/  
 Und machet euren Sinn dem Musen-Volck bekant.  
 So legt Ihr ab die Pflicht/ die Themis Euch geheissen/  
 Daß Ihr der Künste nur Euch täglich solt beßeissen/  
 Dis zeiget euer Werck/ und eure Tugend Hier/  
 So immer höher steigt/ und heller scheine herfür/  
 Wie sollen wir doch Euch gebühlich nun verehren/  
 Weil selbst das Musen-Volck das Lob begehrt zu mehrern/  
 Sie schreyen Euch Glück zu! Apollo windet schon  
 Euch einen Lorbeer-Kranz/ die schönste Ehren-Kron.  
 Die Musen ingesamt verschwoeren sich zu winden  
 Euch selbst den Ehren-Kranz/ dadurch Ihr löne verbinden  
 Euch selbst die Ewigkeit. Astræa ruffet Hey!  
 Es werd' Euch lauter Glück' und Segen stets zu theil.  
 O Lobes-volle Thar! Drumh Janna/ sey beßeissen/  
 Wie Er durch dich hinfort noch ferner werd' enerisssen  
 Der blassen Sterblichkeit/ Apollo stimmet schon  
 Das Ehrenlied selbst an/ läßt hören diesen Thon:

### Sonnet.

**E**in Tugend-voller Geist mus doch zu seht erreichen/  
 Das was nur ewig steht/ er zeigt heß und klar/  
 Wie daß Er seine Künst/ und kluger Gaben  
 Schaar/  
 Wil bringen an den Tag durch wahre Tugend Zeichen/  
 Und so wilt du auch irge dich gänzlich nicht vergleichen  
 Dem Pöbel/ sondern zeigst den Musen offenbahr/  
 Wie dein Verstand erfällt mit Tugend ganz und gar/  
 Und

Und wie du keinem wik an Tugend Zierde weißten/  
Wol dir/ daß du also dich fleißig höher schwingest/  
Als wo der Pöbel krencht/ und zu den Sternen drin-  
gest.

Weil du Afræck Sohn/ denn ja begehrest zu sehen  
Bey der gelehrten Schaar/ so steige freudig fort/  
Durch Soltes Güte/ an den gewünschten Pfort/  
Wolan/ dein hohes Lob sol niemahls unter gehen!

Ihrem vielgeehrtem Herrn Landmann  
und werchem Freunde setzen dieses all-  
schuldigen Ehren

Die sämptliche in Rostock studirende  
Braunschweig- und Lüneburger,







quando quis obscuro loco natus, fraudu-  
 tatione, nobili alicui familiae se infere-  
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-  
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud  
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.  
 1615. vagabundus quidam homo co-  
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
 cupans, & ex familia illustri Graecorum  
 jactans, adjumeto intercessionu, quas  
 te impetraverat, in plurimorum prin-  
 s, & civitatibus ingentem pecuniae  
 & emendicavit; cui postea, ob delicti  
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-  
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-  
 , ex nobili familia se natam & bonis  
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-  
 , poenam temporalis relegationis in-  
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*  
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-  
 assumpto nomine Advocati cujus-  
 ejus publice jactaverat, quem postea  
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio  
 tinent & huc exempla relata a *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-  
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-  
 ma apud Historicos aliosq; scripto-  
 inter quae notissimum est illud Plau-  
 ptam forma Amphitruonis, adversus  
 nocte quadam, velut e bello rever-  
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

